

impuberi, puero, doli non capaci, vel puberi poena temperetur in delictis quae atrocissima non sunt, vel animi destinatione non sunt, l. si fratres tui 21. C. ex quib. caus. infam. irrogat. quae solet adduci ab aliquibus Doctoribus, non loquitur de crimine dolo patrato, sed de exercitio artis ludicrae, & Text. in l. qui cumque, 4. c. de servis fugis. quae pariter ab aliquibus allegatur, de materia non tractat.

14 Jure canonico haec ita procedunt, nam Text. in c. fin. de sent. excom. non negat incursum censuratum in minoribus, sed absolutionem si postuletur per Episcopum concedendam disponit, his verbis: cum propter defectum aetatis in qua fuit commissus, excessus rigor sit mansuetudine temperandus & nota de quibus minoribus loquitur Pontifex, ibi: pueris qui in canonem inciderunt: & sic qui pueri esse desinunt, sub hujus Textus dispositione minimè comprehendi perspicuum est. Quae interpretatio procedit in cap. 1. & 2. de de-

15 lict. pueror. Textus in cap. penitentes 63. dist. 50. hoc ipsum demonstrat, ibi: Fuenibus etiam penitentia non facile committenda est propter aetatis fragilitatem, c. si S. 26. quast. 7. non regulam generalem constituit in his verbis, ibi: quia aetas & eruditio multam haberi facit differentiam poena: nam in pueris, sive impuberibus, vel in leuiter delinquentibus haec procedere est dicendum. Ut ex consilio Caragin. habentur in c. si quis 3. 21. q. 5. ibi: quo nec aetatem, nec sexum excusandum esse praecipimus. Textus verò in cap. interfectores 5. interpretandus est, prout in ipso refertur, per cap. in adolescentia 14. 33. quast. 2. ibi: in quo tamen

16 non regulam constituimus. Probant enim haec jura facilius ratione aetatis dispensandum, ut denotat Gloss. in cap. interfectores, verb. indulgentia, & in cap. in adolescentia, verb. in adolescentia, non autem quod minores sub dispositione poenali non comprehendantur: frustra enim per indulgentiam, vel dispensationem obtinebunt, quae sub dispositione regulae eis debebatur.

17 Ex quibus clarissimè infertur quod nulla dispositione textuali iuvatur qui post plenam pubertatem atrocissimè delinquit dolo malo, sive ex animi destinatione, ad hoc ut poena temperetur: & licet plures reperiantur Doctores qui benigniorem sententiam te-

neant, cum sine lege loquantur, imò contra legum placita, minimè sequi eorum dicta debemus, certior, & communior sententia sit Doctorum tenentium contrariam, nempe in atrocissimis qui pubertatem completam habent, & atrocissimè ex animi destinatione sive dolo malo crimina committunt poena ordinaria plectendi sunt. Sic docent Bartol. in l. si quis in tantam, 18 C. unde vi, & in l. 1. §. nuntiatio. ff. de novi oper. nuntiat. n. 35. Petrus de Bellapertica in l. 1. C. si advers. delict. colum. 2. vers. si autem queritur, & ibi Cynus num. 1. vers. si de atrociorib. Gandinus de poen. reor. num. 30. Ducñas regul. 259. limit. 2. Plaza in epit. delict. cap. 32. n. 5. Grammat. in Constit. Reg. Neap. tit. de restit. minor. num. 7. Oddo de restit. in integr. part. 9. quast. 80. n. 101. Vulpell. conf. 101. n. 13. & 14. Cartar. de execut. sent. cap. fin. num. 125. Joseph. Ludovic. decis. Lucens. 17. n. 55. & 72. cum segg. Menoch. de arbit. cas. 356. n. 43. Vincent. de Franq. decis. 230. P. Molina de just. & jur. tom. 4. tract. 3. disput. 36. n. 6. in fin. Farinac. dist. quast. 92. n. 107. & 163. Caball. cas. 48. n. 2. & cas. 134. per tot. Novarr. ad pracm. Neapol. 1. de lenon. collect. 2. n. 9. cum segg. Morla in empor. part. 1. tit. 5. q. 7. n. 6. cum segg. Jacob. Cancr. variar. lib. 2. cap. 1. n. 250. & c. 12. n. 75. Tapia in const. minorum jura, n. 30. Viscontius in add. ad dict. decis. 230. fraquis. Riccius collect. 1119. Pascal. de virib. patr. potest. p. 2. c. 10. n. 22. Thoro in compend. decis. tom. 1. ver. minor. an succurratur. Calear. Carem de offic. Inquisit. p. 3. §. 6. n. 20. cum segg. Calda Pereira in l. si curatore, verb. vel advers. dolo, n. 55. Barbol. in collect. c. 1. de adul. ter. & supra, n. 3.

Quae de jure nostro Hispano absque 19 difficultate procedunt per Text. in l. 21. tit. 1. p. 1. l. 9. tit. 1. l. 17. tit. 14. sed melior Text. in l. 8. tit. 31. p. 7. ibi: e si por ventura el que huviesse errado fuesse menor de diez años, y medio no le deve dar ninguna pena, e si fuesse mayor desta edad, e menor de diez, y siete años deven le menguar la pena que daran a los otros mayores. Quo aperte praefingitur aetas ob quam omninò excusatur à poena, nempe usque ad decimum cum dimidio; & aetas quae poena temperanda est, nempe usque ad annum decimum septimum; post hanc verò aetatem poena ordinaria imponenda est, quia taxata per legem remanet aetas ad hoc ut poena tempe-

temperetur, ut notat Gregor. Lopez in dict. l. 8. glos. 6. quem sequuntur Azavedo in l. 4. tit. 1. lib. 8. recopilat. num. 1. cum duobus segg. Anton. Gomez. tom. 3. variar. cap. 1. n. 63. vers. sed. hodie, qui docuit per hunc Textum, quod in minori decem & septem annis necessitas imposita iudicibus fuit temperandi poenas, sed in majori hujus aetatis arbitrium relictum iudici imponendi poenam ordinariam, vel mitiorem juxta factorum, & personarum qualitates. Idem docuerunt Morla in terminis hujus legis dict. quast. 5. numer. 4. in fin. Plaza dict. cap. 32. num. 11. vers. secundo, licet de nostra lege mentionem non fecerit, sequitur Dominicus Tasso observat. Jur. 1. vers. 12. num. 136. Dominus Don Martinus de Larrecaigui selectar. lib. 8. cap. 9. num. 11. Carrança de partu, cap. 16. §. unic. num. 30. Cabrerros de metu lib. 2. cap. 45. num. 21. Padilla de leg. poenal. part. 1. cap. 10. num. 6. Noguerol. allegat. 12. numer. 182. Don Ferdin. Mendoza lib. 1. de pact. cap. 3. n. 35. Bolaños in Curs. Phil. part. 3. §. 9. n. 2. Guazzin. d. defens. 33. cap. 17. n. 2. Neque negare potuit hanc conclusionem Didacus de Narbona d. q. 43. n. 5. & licet ex num. 6. contrariam acriter tueatur, adversus Mendoziam, loquitur de jure communi, non autem de jure patrio.

Quod falcitur ex Text. in l. 9. & 10. tit. 11. lib. 8. recopil. quo poena ordinaria imposita furibus & lenonibus, imponi cavetur minoribus si decem & septem annos habuerint, ubi Azavedo in princ. d. l. 9. sic tradit, ex quibus omnibus hoc jure utimur arbitrariè, itaut quoties gravitatem criminis, vel malitia Rei supplet aetatem, poena ordinaria puniatur, quae tanto facilius imponitur, quanto aetati vigintiquinque annorum propior est reus.

23 Ex quibus facillima fuit decisio 25 quoad has reas. Nam quoad Mariam quae major viginti tribus annis reprobatur, & adulterium patrarat, ex quo crimine non excusatur, ut superius dictum est ex dict. leg. auxilium 37. §. in delictis, ff. de minor. & aliis iuribus relatis num. 9. & sequentibus, & ob patricidium etiam per Doctores contrariam sententiam docentium, poena non debuit mitigari, ut docent Franquius, Tapia, Farinac. Viscontius Riccius & Pascal. quos refert Thoro ubi supra, Boët. decis. 222. Thefaurus de D. D. Laur. Matthau, de Re Crim. Pars I.

26 cas. 161. num. 5. Caball. dict. cas. 134. num. 9. Sesse decis. 97. n. 2. tom. 1. & Fontanella decis. 112. num. 14. Quare condemnata fuit ad poenam ordinariam cum qualitate acerba patricidii juxta nostros mores, nempe quod traheretur ad caudam equi usque ad supplicium, & post suffocationem dolo interclusa projiceretur in flumen, non ut sepultura careret, sed ut ex hac ceremonia alii terrentur. Elisabeth verò quae minor decem & septem annis fuit; poenam mitiorem sustulit, nempe verberum, & reclusionis perpetuae: sic pronunciatum, sententia diei 29. Martii anni 1667. executioni deductum die 31. ejusdem mensis. Actuatio Antonio Pastrana.

CONTROVERSIA IX.

De conscis & participibus in patricidio crimine quae poena puniantur.

SUMMARIUM.

- 1 Quod Josephus Georgius Correa & Barnabas Tobias crimen hoc consummasent, quomodo constabat.
- 2 Poena cuius an extendatur de jure ad extraneos conscios & participes Patricidii.
- 3 L. poena patricidii §. 9. l. ff. ad leg. Pompei. de patricidio. expenditur, & n. 6.
- 4 L. utrum 6. cum sequent. ff. cod. tit. expenditur.
- 5 Participes cum eo qui poena acerba tenetur pariter teneri certum est.
- 6 Patricium commissum in personam conjugis gravius censetur ac in personam patris, & n. 7.
- 8 De Jure Hispano certum est omnes participes patricidii ea poena teneri.
- 9 Opem praestantes post patricidium an eadem poena puniantur.
- 10 Opem praestare dicitur in patricidio qui cadaver sepeliri curat eo animo ne crimen detegatur.
- 11 Officiales criminum probationem impediens gravius delinquere dicuntur quam privati.
- 12 Ignorantia non possunt juvari, qui crimen celare procurant.
- 13 Falsitas in relatione inspectionis Cadaveris, dolum comprobatur.

14. Falsitas per se est crimen punibile, & ad celandum parricidium facta, graviter est punienda.
15. Parricidii qualitas nota debet esse auxilium prestanti post delictum, ut pena ordinaria puniatur.
16. Scientia violentæ mortis non comprobata scientiam parricidii.
17. Auxilium post delictum mitius puniri debet.
18. Desicio Aulæ quoad omnes complices.

UOD Josephus Georgius Correas & Barnabas Thobias delictum hoc consummasset constabat in actis ex confessionibus Mariæ, & Elisabeth; tanquam testes postea examinatae & repetita cum juramento quæ de visu deponerent, & per alia urgentissima, & violenta indicia; quare de probatione regulari quoad Josephum quando captus fuit nemo dubitaverat (Barnabas enim cautius aufugit, sicque contumacialiter causa in eum prosequuta fuit.) Quoad poenam verò aliquis dubitavit ex Text. in l. pœna parricidii 9. §. 1. ff. ad leg. Pompeianam parricidii. quo Modestinus hæc dixit. Qui alias personas occiderint, præter matrem, & patrem, avum & aviam quos more majorum punire supra diximus, capitis pœna plectuntur: aut ultimo supplicio mactantur. Quod clarè convincere videtur pœna illa acerbissima non teneri extraneos, qui participes facti fuerunt hujus criminis, ut tenent Vvesembechius, & Oinotomus in §. alia deinde lex, insit. de pub. jud. Tiber. Decian. dict. lib. 9. cap. 13. Joan. Bapt. de Thor. in compend. decis. tom. 4. verb. pœna parricidii. Vela de delict. cap. 27. num. 9. & Solorzano de parricid. d. lib. 2. cap. 15. vers. de pœna verò qui alios; laudant Pichard. in §. alia deinde, n. 4. de pub. jud.

4 Sed contrarium tenendum est, tam ex dispositione juris communis, quam juris Hispani. De jure communi per Text. in l. utrum 6. ff. eod. quo Ulpianus sic dixerat, etiam conscios eadem pœna afficiendos, non solum parricidas, l. si sciente 7. ff. eodem. per quæ jura hanc conclusionem tenuerunt, Bartol. in leg. is qui opem. num. 5. ff. de furt. & in leg. qui servo. ff. eod. Hostiens. in summa. tit. de his qui filios occiderunt, num. 1. vers. sed & qui præstiterint opem. Cepol. consil. 5.

num. 3. Boër. decis. 262. num. 17. Decian. d. lib. 9. c. 13. n. 1. & 6. Menoch. de arbitr. cas. 256. n. 117. & 120. plurib. Farin. d. q. 120. n. 139. cum segg. & n. 154. Bajard. ad Clar. in §. parricidium, n. 17. Caball. cas. 56. n. 106. & cas. 198. n. 22. quia qualitas inhærens delicto à principio influit in omnes participes quoad pœnæ impositionem ut perpendebam 2. de regim. cap. 8. §. 8. n. 157. cum segg. cum autem qualitas parricidii inesset à principio cum intuitu uxoris occisi, & ipsa consentiente, & cooperante patrum delictum fuisset, ut dixi controvers. precedenti, semper influere est tenendum quoad omnes complices scienter ad pœnæ regulationem.

Nec obstat d. l. pœna parricidii 9. §. 1. nam præterquam quod Modestinus loquitur casu quo principalis parrator non est ex illis quibus more majorum pœna acerba imponeretur, hoc jus antiquatum fuit per Textum in l. unic. C. de his qui par. vel fil. occiderunt, quo Constantinus eandem pœnam extendit ad omnes qui nuncupatione parricidii continentur, ut dixit in princ. Text. ibi: si quis parentis, aut filii, aut omnino adjectionis ejus qua nuncupatione parricidii continetur facta properaverit, & clarius per Justinianum in §. alia deinde lex, insit. de pub. jud. ibi: Visi si quis parentis, aut filii, aut omnino adjectionis ejus qua nuncupatione parentum continetur facta preparaverit, sive clam sive palam id ausus fuerit, necnon si cuius dolo malo id factum est, vel conscius criminis exiti licet extraneus si pœna parricidii puniatur. Quibus clarè impositio pœnæ acerbissima ad omnes extensa fuit. Neque ex eo quod pater, aut filius occisus nostro in casu non fuisset, pœna mitiganda erat cum maritus occisus esset, quod gravius crimen est, ac si pater occisus fuisset, ut probat Gloss. in cap. admonere 33. quæst. 2. Nevizan. in siva nuptial. lib. 1. numero 43. Plaça in epit. delictor. cap. 22. num. 30. Ant. Gomez tom. 3. c. 13. n. 3. vers. item etiam. Farin. d. q. 126. n. 130. Solorzano dict. cap. 13. cum autem Josephus & Barnabas scienter maritum Mariæ occidissent, illa consentiente, & cooperante, pœnâ eulei teneri fatendum est.

8 Quod de jure nostro indubitatim remanet; nam Text. in dict. l. 21. tit. 8. p. 7. pœnam acerbam parricidii imponit

omnibus cooperantibus & consentientibus, ibi: Todos aquellos que diessen ayuda, o confiesen por que alguno muriese en alguna de las maneras que de suso diximos, quier sea parente del que asi muriere, quier estrano que deve haver aquella misma pœna: Ut in terminis tenent Greg. Lopez, in eodem Text. Gloss. 8. Ant. Gomez d. num. 3. vers. item etiam adde. Plaça, d. c. 12. n. 15. Solorzano, d. c. 13. vers. quæ opinio, ibi nostro tamen jure inspecto omni dubitatione remota admitti debet, Pichard. in d. §. alia deinde lex n. 4. Vela d. cap. 27. num. 11. Dom Larrea allegat. ff. 65. num. 43.

9 Ex hac eadem ratione pœna ordinaria plectendos videbatur ceteros complices, nempe officiales Aulæ, & Chirurcos qui opem Mariæ, & Elisabeth præstare conati fuerunt ad hoc ut crimen celaretur, quia Text. in d. utrum, & in d. l. si sciente, ff. ad leg. Pompeianam de parricid. & in nostra l. 12. tit. 8. part. 7. quicumque opem danti scienter, vel conscio, in hoc crimine eandem pœnam imponunt, ut ex verbis superius relatis clarè percipitur: & opem præstare ad hunc effectum dicitur qui post parricidium cadaver sepeliri curat ne illud detegatur, ut docent Tiber. Decian. d. cap. 13. n. 13. Boër. d. decis. 262. n. 7. Farin. d. quæst. 120. n. 141. Ant. Gomez, d. c. 13. n. 3. vers. item adde, & ibi Ayllon. Ant. Matthæu, d. tit. 6. lib. 48. ff. cap. num. 8. multoque magis qui confici instrumentum publicum curat, quo sic maleficium tegitur, ut per eum probari possit scelere minimè interceptum.

11 Quæ in apparitore & scriba uti officialibus Aulæ, clarius procedere videbantur; quia delictum illorum aggravabatur ratione officii, l. aut. facta 16. §. persona, ff. de pœna. publici enim officiales tenentur delictis & scandalis obviare, Baldus, in l. 1. §. quies, ff. de offic. præf. urb. cum aliis adductis per Farin. quæst. 125. num. 314. plus enim peccat committens maleficium sub specie boni, & per hypocrisim, quam qui nulla simulatione delinquit, excerte, ibi & Gloss. verb. malum 120. quæst. 1. cum aliis adductis per Farin. quæst. 18. num. 72. & sic majori pœna dignus erit, ut in specie probavi, de regum. 2. cap. 8. §. 8. ex n. 94. Quoniam auctoritatem delicto præstare gravius punitur quam ipse delinquens secundum Gl. ff. in cap. 1. verb. pari pœna in fin. vers. in quarto casu. de offic.

de legat. cum aliis plurimis congestis per Farin. quæst. 132. n. 23. Neque ex capite ignorantie excusari poterant: quia ratione suspitionis mortis violentæ illatæ cadaver Chirurgi & Babitonforibus inspiciendum exposuerunt, ad corporis delicti comprobationem, more solito procedendo, quod supponebat scientiam alicujus maleficii: & inspectionem imperfectè facere permiserunt, ipsis obstantibus, ac tandem instrumentum inspectionis perfectæ factum fuit, sub nomine Apparitoris per scribam, cum relatione peritotum affirmantium vulnera non adesse, & mortuum fuisse ex podagra. Quæ omnia dolom comprobant, & fallitatem quæ respectu officialium patens erat, & respectu Chirurgi, & Babitonforum pariter, cum statim reperta vulnera fuissent. Similes enim periti qui in relationibus peccant, tenentur pœna falsi, secundum Bartol. in l. lex Cornelia, ff. de fals. Bald. in l. duobus, §. 1. ff. de jur. juran. Angel. de malefic. verb. necnon ad denunciationem, num. 25. Farin. quæst. 16. num. 55. Notum est omnibus Causidicis Curia quod similes relationes per unum tantum Chirurgum fiunt; in hac enim de qua loquimur superadditi, repetiebantur duo Barbitonfodes, Sebastianus qui acum consuendi vulnera, Tobias commodaverat; minor viginti annorum, atque artis Chirurgia imperitus, quod & protestatus fuerat tempore subscriptionis; & Laurentius de Enar officina ipsius Tobias officialis, Josephi amicus, conscius adulterii, explorator necis; de quo unus testis deposuerat, quod tempore inspectionis brachio proprio partem cadaveris tegebat, qua postea vulnera reperta fuerunt: cum his concurrebat attestatio omnium in eo instrumento referens totum cadaver accuratè inspectum fuisse: & per confessiones omnium verificatur minimè ita factum, sed imperfectissimè inspectum fuisse. Ex quibus omnibus manifestus dolus illorum comprobatur; nam tantquam quid latens in animo indicis, & præsumptionibus probatur est compertum ex artificiosa cautela, l. ita fidei 40. ff. de jur. fisci, cum aliis adductis per Menochium, d. præsumpt. lib. 4. præsum. 3. n. 102. pluribus Giurba, cons. 54. num. 15. cum segg.

Attamen mitius puniendos esse fuit decisum per Aulam, quia licet in parricid

idiotis participes, & confesii, sive auxiliatores etiam post delictum, morte secunda eadem pena teneantur, ex d. l. *utrum*, & d. l. *si sciente*, tamen hæc iura clarissime requirunt scientiam qualitatis participii, cujus liquida probatio in actis deficiebat: nam licet constabat hæc facta fuisse ad mortem violentam obnubilandam, quod in ea concurreret participii circumstantia nondum liquidum erat, ob quod puniendi veniebant tanquam auxiliatores homicidii post delictum perfectum, quo in casu mitius puniendos esse pluribus docet Farinae. *quæst. 132. ex num. 1. præsertim num. 31. & 32.* quo ponit circumstantias requisitas, ut auxiliatores pœna ordinaria plectantur, si post delictum opem præstiterint, quæ in hoc casu non concurrerant, & quoad auctoritatem præstitam post delictum, *num. 26.* expressè tenet non esse verum, quod pari pœna puniantur, licet gravius officiales Curia puniendi essent, ut dixi decisum per Regiam Audientiam Valentia, *tom. 2. de reg. d. c. 8. n. 3. n. 100.* Ex quibus juxta gravitatem criminis unusquisque fuit condemnatus extra ordinem, Laurentius de Evar in pœnam verberum & remigii; Petrus Marron scriba ad relegationem ad Arceum de Peñon per decennium, Francisc. Robledo Apparitor & Antonius de Heredia Chirurgus ad relegationem Prædii Asti per sexcentium; Sebastianus Garcia tanquam minor in exiliam. Josephus verò & Barnabas Tobias ad pœnam ultimi supplicii, cum qualitate acerba Participii Primi, sententia, *diei 26. Marti 1667.* hi duo sententia, *diei 26. Januarii 1668.* actuario Ant. de Pastrana.

CONTROVERSIA X.

De Remissione reorum juxta concordiam inter Regna Castellæ & Valentia, & de substantia salvi-conducti concessi per Officialem delinquenti non subdito.

SUMMARIUM.

- 1 Concordia substantia & forma remittendi reos.
- 2 Facti species narratur.

- 3 Saluum-conductum licet contra legem concessum sit, observari debet.
- 4 Dubia suscitata quo ad remissionem Josephi Georgii Correas.
- 5 Evocatio causa remissionis ad Regiam Audientiam Valentia.
- 6 Remissio delinquentium reciproca inter Regna Valentia & Castellæ, fit ex lege communi.
- 7 Evocatio facta per Regiam Audientiam continebat transgressionem hujus legis.
- 8 Remissio facilius conceditur per Judices, & Tribunalia Regni Castellæ.
- 9 Executio legis nunquam potest retardari.
- 10 Evocatio in prima instantia causarum Gubernationis Regni Valentia ultra Sexonam prohibita est, per forum Regia Audientia.
- 11 Saluum-conductum concedere est de reservatis Principi.
- 12 Extensio hujus facultatis ad Proregem est ex vi representationis Principis cujus alter nos dicitur.
- 13 Extensio hujus facultatis ad alios Magistratus, & officialis abusus est contra forum dispositiones.
- 14 Rex in civilibus saluum-conductum non concedit juxta forum, absque partis consensu.
- 15 Præscriptio de qua testatur Petrus Belluga quoad Barones in materia concedendi saluum-conductum, non potest extendi ad alios.
- 16 Doctores iractantes de validitate salvi-conductus, loquuntur in terminis concessionis facta per Regem, vel per Proregem.
- 17 Judex concedens saluum-conductum adhuc in sententia eorum qui hanc potestatem concedunt, nil operatur nisi sit concessum proprio subdito, vel subdito judicis inferioris, non autem superioris.
- 18 Superior non tenetur observare saluum-conductum inferioris.
- 19 Locum tenentes Judicem ordinariorum Regni Valentia solum obtinent jurisdictionem in causis exiguis, nempe quæ sine processu & accusatione terminari solent.
- 20 Judices ordinarii Regni Valentia solum habent potestatem indulgendi causas in quibus imponi non potest pœna mortis naturalis, vel civilis, vel mutilationis.
- 21 Facultas concedendi saluum-conductum

- & indulgendi equiparantur.
- 22 Judices si habent facultatem concedendi saluum-conductum solum precedente legitima causa ea uti possunt.
 - 23 Salvus-conductus concessus à non habente potestatem vel jurisdictionem nullius momenti est.
 - 24 Nullitas ex defectu jurisdictionis est insanabilis, & ex simili actu nullus potest produci effectus.
 - 25 Judices imperitii in rebus Justitiæ nil agunt nisi ad sit Assessoris Consilium.
 - 26 Assessoris votum in rebus Justitiæ, est decisivum, quod Judex tenetur sequi, aliàs nil agit.
 - 27 Concessio salvi-conductus in inferioribus, est quid judicialis, cum requirat causæ cognitionem.
 - 28 Indultus concessus per judicem ordinarium Valentia intra terminos suæ jurisdictionis, est nullius momenti si deficiat subscriptio Assessoris.
 - 29 Regis concessionem in Regno Valentia nullius momenti sunt absque subscriptione Vicecancellarii, vel Regentis Cancellariam, qui vices Assessoris gerunt.
 - 30 Fiscalis interventus in gratiosis concessionibus necessario requiritur in Regno Valentia, sub nullitatis decreto.
 - 31 Expeditio gratia in publica forma requiritur in Regno Valentia sub nullitatis decreto.
 - 32 Fori verba traduntur quibus forma datur in concessione gratiosa sub nullitatis decreto.
 - 33 Gratia concessa per Regem non valet quousque expeditur privilegium in publica forma.
 - 34 Idem in gratiosis concessis per Proreges, & ceteros Magistratus ad quos attingit.
 - 35 Doctores Coronæ Aragonum tenentes saluum-conductum contra legem concessum, observandum esse supponunt expeditum in forma publica.
 - 36 Judex per privatum chirographum non potest prestare publicam fidem, bene vero per instrumentum, seu concessionem expeditam in publica forma.
 - 37 Salvus-conductus observandus ex illa ratione ne quis decipiatur sub fide publica, debet præse ferre imaginem veritatis.
 - 38 Cause cognitio in articulo remissionis solum potest versari quoad probandam identitatem persone, & quoad videndum an crimen sit ex comprehensum in lege.

- 39 Appellatio frivola nunquam est recipienda.
- 40 Decretum Principis, & decisio Regia Audientia remissionem Rei concedendo.

REGORUM remissio reciproca inter Provincias confinantes necessaria est ad rectam justitiæ administrationem, & quando sunt diversi Domini, licet ejusdem Domini, lege communi in utra Provincia lata caveri solet, ne in facultate Magistratum resideat arbitrium remittendi vel non; hinc procedit quod cum Regnum Castellæ in confinio habeat Regnum Valentia, providè per l. 9. titul. 16. lib. 8. recopil. cautum habeat qua forma reciproce rei remittendi sunt, quæ lex communis est, ex eo quod Pragmatica sanctione Regia manu subscripta die 3. Decembris 1624. & Valentia publicata die 11. Januarii subsequens idem cautum reperitur, ut videre est apud Dominum Crespi *observat. 74. num. 33.* quod eam ad literam tradidit, per hanc legem data fuit forma remittendi reos; nempe quod in criminibus in ea specificatis remissio procedat: ita ut si remissio petatur per supremum tribunal, sufficiat relatio criminis; si verò per inferiorem, justificari debet ex actis. De cujus interpretatione aliqua adnotavimus. *2. de regim. c. 8. §. 7. n. 37. & plenè postea Dom. Crespi d. obs. 74. per tot.*

Cum enim mihi relatum fuisset Josephum Georgium Correas in civitate Alonensi degere; litteras requisitorias expediti jussi, ut caperetur, & juxta concordiam Regnorum (sic nuncupatur lex superius dicta) remitteretur. Has remissi Doctore Vincentio Justino Berenguer, Fisci Advocato pro Regia majestate, in illo districtu, viro quidem tam in Juris prudentia petito, quam in justitiæ administratione, prudentia, & rectitudine bene merito. Qui quidem cordatè, ut solet, capturam disposuit, & obtinuit jussu Illustris Marchionis de la Casta Getentis vices Generalis Gubernatoris in Regno Valentia ultra Xixonam. De his certior facta nostra Aula, duos Apparitores Curia, & Actuarium cause misit cum litteris juxta formam legis, sive concordia, ut reus remitteretur, & ad vitandos inutilles circuitus, Dominus Fiscalis Aulae litte-